



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 1. Censura S. Facultatis Theologicæ Parisiensis in quemdam libellum
Jansenisticum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
CONTINUATÆ.
LIBER CCXXVIII.

CLEMENS XII. PONTIF. MAX.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

*Censura S. Facultatis Theologicae
Paderbornensis in quemdam libellum
Jansenisticum.*

Nil solemnius est Hæresum Patribus atque Patronis, nisi ut etiam suam sparsis ubique libellis propagare studeant; eo fine utuntur lingua vernacula, elegantiori dicendi genere, ingeniosis salibus, & argumentis, quæ ad popularem sensum captivæque accommodata primo obtutu saltem apud rudes atque incautos veritatis ac ponderis speciem præferunt. Ne id suo caret emolumento; his enim fraudum machinis, ac dolosis verborum

rum illecebris legendi cupiditatem accendunt, a juvenibus, sciolis & foeminis applausum mercantur, tantumque efficiunt, ut venenum, utpote sensim & sine sensu in plurimos diffusum, haud esse nocivum credatur, sed palam & sine horrore error defendatur, opposita fidei veritas primo in dubium vocetur, ac demum palam sub specioso Ecclesiae corruptelas eliminandi obtentu impugnetur: Nec hic stat sectae progressus; si enim Magistratus ad serpens carcinoma sistendum publicae auctoritatis ferrum, & tempestivae severitatis ignem adhibere negligunt, aut animarum Pastores ad ovium custodiam indormiunt, & velut canes muti vel edentuli, ubi contra impunem ejusmodi libellos passim divulgandi licentiam vocem exaltare deberent, noxio silentio pestem latius serpere sinunt, tunc enimvero Sectarii ex ipsa hac socordia audaciores facti, quicquid sanctum sacrumque habet Religio, editis pluribus libellis palam & sine rubore aggrediuntur, subannant, condemnant: Hæc erant artificia, quibus Jansenistæ per integrum pene sæculum suos errores ad ipsas etiam foeminas propagarunt. Eorum tamen conatibus semper Franciæ Præsules obstiterunt, & ipsa etiam Sorbona, postquam abjecta pertinacia sese Ec-

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

cleliæ

Sæc. XVIII. A. C. 1734. clésiæ iudicio subjecerat, septe
gressus sistere, totis viribus adhe-
 bat. Præcipuam hac in re lau-
 promeretur ad omnes Quesnelianum
 motus longe oculatissimus sacra-
 cultatis Syndicus Leonorius de
 migny, qui pro muneris sui officio
 eandem Sacram Facultatem Parisi-
 die secunda Januarii denuntiabat
 decim epistolas, quas anonymus
 dam Jansenista pestifero dogmate
 sectas publici juris fecerat, sub hoc
 tulo: *Epistolæ ad quemdam Ecclesi-
 de justitia Christiana, & de medi-
 vel conservandi vel reparandi.* Hoc
 perto facultas plusquam septuag-
 Magistros nominabat, qui hoc
 cum sanæ rationis, ac orthodoxæ
 legibus sedulo conferrent, ac tan-
 mentem suam desuper explicare
 Habebantur hanc in rem quatuor-
 cim omnino Congregationes, in
 bus Deputati Doctores suam quin-
 edixere sententiam.

§. II.

*Propositiones ex hoc libro excerptæ
 earumque censura.*

Ponderatis hujus causæ momenti
 Sacra Facultas ex hisce epistolæ
 assertiones magis nocivas, ac cen-